



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

28. In festo S. Andreæ, de vocatione Apostolo Matth. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

nibus, vt ingredi cœlum possint, quæ post iudicii diem omnino claudentur, vt nulli amplius pateat in eas ingressus. Prima est misericordiæ & veniæ, quæ patet omnibus habentibus lampadē fide. cu oleo pœnitentiæ. Secunda est gratiæ, ad merendū & proficiendū in virtute, quæ etiam patet omnibus iustis se exercentibus in bonis operib. Tertia est gloriæ, quæ patet omnib. quidē, sed in gratia, & bonorū operū exercitio vsque ad aduentum sponsi, qui est in cuiusq; morte, perseverantibus. *Qui enim perseverauerit usq; in finem hic saluus erit. 2. Cōsidera* Matt. 10,

claudi ianuā omnib. qui licet fidē in Christum habuerint, castitatē Deo promiserint multos annos in religione transegerint, & multis bonis operibus illustres fuerint, nō tamen vsque in finem perstiterunt.

INFESTO S. ANDREÆ APOST. 30. Numb.

*De Vocatione Apostolorum. Matt. 4.*

*Ambulans Iesus iuxta mare vidit duos fratres, Petrū & Andream mittentes rete in mare: Cōsidera quod viderit eos nō tā corporaliter quā spiritualiter, diuino nēpe oculorū cōiectu, quo eos ab æterno ad Apostolicū munus elegerat. Verè felix cōiectus qui ex peccatorib. fecit iustos, & ex hēmi-*

Apostolos. considera, illos fuisse fratres  
 quia capita Ecclesie suae esse noluit, nisi  
 fraternae caritatis vinculo colligatos, non  
 voluit suos esse discipulos, nisi se mutuo  
 diligentes. *In hoc cognoscentes omnes, inquit  
 alibi Christus, quod discipuli mei estis, si de  
 lectionem habueritis ad inuicem. Vis ergo  
 Deum in te oculum desigere, cura ut colas con  
 cordiam & unionem fraternam: considera  
 eos vocatos ex mari, ut exemplo Domini  
 discerent animas ex tempestuoso huius se  
 culi naufragio extrahere. Vnde non deseru  
 runt piscandi officium, sed melius reddiderunt.*

*2. Ait illis. Venite post me, ut faciam vos  
 fieri piscatores hominum, & illi continuo reli  
 ctis retibus sicut postea Iacobus quoque, & Ioha  
 nes, secuti sunt eum. Considera subito secun  
 tos relicto opere imperfecto, ut videas quam  
 obedientiam exigat a religioso Deus qui Ap  
 postolicam perfectionem sequi conatur, neque  
 ut nulla interposita mora pareat superio  
 rum mandato. 2. considera horum exemplo  
 esse relinquenda sequenti Christum. 1. reti  
 bus, opera peccatorum, quibus homines velut  
 funibus & retibus, illaqueantur. 2. nauem, &  
 possessiones mundi, & omnia temporalia, quae  
 affectum erga parentes & cognatos: quod signifi  
 catum est hic, cum Iohannes & Iacobus pariter  
 Zebedaei*

Zebedeum reliquerunt. O quam felix est  
relictio & desertio, quæ cum tanto bono  
imò cum thesauro omnium bonorum  
commutatur.

*Vidit alios duos, fratres reficientes in naui* 1.  
*reitia sua, qui & secuti sunt eum.* Considera,  
hoc exemplo moneri concionatores, qui  
sunt hominum piscatores, vt aliquando re-  
licta nonnihil piscatione animarum, va-  
cent retribus reficiendis, id est, colligendo  
spiritui & emendandis defectibus, vt reno-  
uato spiritu, postea maiore fructu redeant  
ad piscationem animarum. 2. Considera  
Petrum, qui designat feruentem actionem  
prius vocatum quam Ioannem, qui signi-  
ficat contemplationem: vt discas non per-  
ueniri ad perfectionem contemplationis,  
nisi per antegressionem sedulam sui mor-  
tificationem.

IN FESTO S. NICOLAI 7. Dec.  
EPISCOPI.

*De lumbis præcingendis. Luc. 12.*

**D**IXIT IESVS *discipulis. Sint lumbi ve-* L.  
*stri præcincti.* Considera, S. Nicolaum  
exemplo prius quam sermone supra natu-  
ram docuisse, quomodo præcingendi sint  
lumbi